Cum appropinquasset ihesus **Dominica i. aduentus**
Jerosolimam et misit etc. Tempus quod hodie **Domini**
incipit et durat usque ad natiuitatem domini, uocatur
ab ecclesia aduentus domini pro eo quod representat cottidie in
officio tam misse quam aliarum horarum desiderium quod ha
buerunt sancti patres ueteris testamenti uidendi filium dei
in carne predicantem et miracula facientem et salutem
humani generis operantem. Hoc quod dicit christus in euangelio: Multi reges et
prophete voluerunt videre et non viderunt. Cum enim deus promisisset abrahe
et postea dauid quod filius suus carnem assumeret de progenie
ipsorum pro salute mundi. Unde exarserunt desiderio eorum
quod ceperunt clamare corde et ore ad deum, ut promissio
nem suam adimpleret. Unde unus eorum dicebat: Mitte domine quem
missurus es. Alius dicebat: Excita potentiam tuam et
ueni. Inclina celos tuos et descende. Alius autem: Utinam
dirumperes celos et descenderes. Et alius: Emitte agnum domine
dominatorem terre. Iohannes vero quem intantum dicebat et querebat
adeo signum aduentus sui quod si inter homines habitare pos
sit ab aliis hominibus certissime cognosci et eius deus dedit tale
signum quod ipse publice non tantum in templo sicut faciebant
scribe et legis periti set etiam in ciuitatibus castellis et vil
lis turbis populorum sapientibus et insipientibus predicaret
regnum dei quod numquam ab alio factum fuerat. Insuper quod ipse
cecos illuminaret, surdis auditum, mutis loquelam restitu
eret, paraliticos curaret, demones effugaret, mortuos
suscitaret et alia diuersa et multa mirabilia [illegible]
que innumerabilia faceret in mari et in terra que numquam facta fuis
sent in mundo et sic eius publicata et frequens predicacio
et copiosa mirabilium operacio esset signum certissimum. Et postquam
deus per ysaiam dicit hoc signum quod dicitur. Qui non crediderit [illegible]